



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Monitum quartum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

*De  
Orat.*

occupantur, qui hoc sancto exercitio resarcire debent modicum tempus illud, quod orationi impendunt mentali; Et quidem experientia comprobatum est, ubi semper cor habent elevatum ad Deum, absque tamen eo quod ab exterioribus exercitiis necessariis desistant, actionibus ipsorum inesse nescio quid divini, quin etiam ex eorum intuitu agendique ratione satis conspicitur, ipsos gubernari à Spíitu sancto. Quoad illos, qui frequenter voluntarias admittunt imperfectiones, in veritate nequaquam dici potest, illos exercitio huic, sive proximè, sive remotè, studere, cum satis manifestò constet, impossibile esse cor ad Deum habere inclinatum, ipsumque tamen eodem quoque inomento ab illo abstrahere.

*Monitum quartum.*

F. P. Do-  
minici ac  
F. Ioannis  
à S. Sam-  
pone.

**O**ptimum factu erit, si illi qui non possunt adhuc multas ex proprio, ut ita dicam, fundo ac peculio, sive, quod aijunt, proprio marte elicere aspirationes, recursum habuerint ad scripta eximiorum nostrorum contemplatorum, qui rei hujus complura scripsere exercitia, atque ex illis delectum fecerint, eaque sibi velut propria asciverint ac digeslerint, quasi ipsi illa suo marte composuissent. At curabunt eas potissimum aspirationes sibi feligere, quæ verbis paucioribus constiterint, utpote, quæ cordi efficaciter movendo magis esse accommodæ soleant. Et quoniam diversimodæ sunt, aliæ nimitum humiliores, sublimiores aliæ, quilibet eas feliger, quæ veritates atq; affectus continent suu amplius statui, gustuiq; conformes.

*Mo-*